



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

De Iudice, & arbitro.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

cienti iudicio, de proximo irre graui. p. m. esse, ait *Met. l. 1. instruct. §. 37. negat P. N. nu. 453. Sor. l. c. addens tamen, aliquando id posse esse mortale. Idem docet Val. l. c. p. 4.*

Quæ sint sufficientia ad iudicandum in-  
dicia videbit vir prudens. *Sor. l. c. & Val. p. 3.*  
In re grauissima ex leuibus indicijs malè opi-  
nari, & dubitare adhibita deliberatione, m. p.  
putat. *Arrag. q. 60. art. 3. cum Vist. contra Caiet.*

*Iudiciales actus, vide Appellatio, Benefi-  
cium, Censura, Clericus, Denuntia-  
tio, Fœmina, Iuramentum.*

*De Iudice, & Arbitro, vide Reus.*

- 1 Iudicem esse in propria causa, licet Superiorem non habenti.
- 2 Quæstione orta inter Iudicem Ecclesiasticum, & sæcularem super iurisdictione, Ecclesiasticus iudicabit ad quem pertineat: alioqui ad quemuis Iudicem ordinariè pertinet cognoscere in dubio, an sit sua iurisdidio.  
*\* Couar. pract. quæst. c. 33. num. 1.*
- 3 Malefactores possunt à miserabilibus, vt viduis, & pupillis, trahi ad Iudicem Ecclesiasticum.
- 4 Ad Iudicem Ecclesiasticum pertinet causa matrimonialis, & an contractus sit vsurarius, & an iuramentum liget, & an aliquid sit peccatum mortale: quamquam inter sæcula-

30 DE IUDICE ET ARB.

res potest etiam secularis Iudex iudicare de  
vsuræ iure, & facto, secundum Couar.

\* Matrimon. 3 Couar. l. c. hic num. 18. Syl. Iu-  
dex. 1. num. 11.

Quamquam Couar. in 4. Decret. p. 2. c. 6. ini-  
tio. num. 19. secularis Princeps ecclesiasticum  
crimen punire potest temporali pœna. id. 16.  
n. 20. Alph. de Cast. l. 2. de iusta her. pun. c. 26.

Quasdam causas Ecclesiasticas cognoscit,  
& iudicat civilis Iudex, quo iure, vide Azo-  
rium l. 5. cap. 14.

5 Potest Iudex Ecclesiasticus retinere sibi  
pœnam pecuniariam à se, aut à statuto impo-  
sitam, sed præstat dare in vsus pios.

6 Potest Iudex pœnam imponere, cum non  
est à iure posita.

7 Iudex in realiqua, potest procedere con-  
tra impedientes.

8 Iudex inferior non potest remittere pœ-  
nam legis, saltem cum pars non cõsentit (sed  
Princeps potest, modò non in damnũ Reip.)  
potest tamen ex causã minuere, seu modera-  
ri, (Vide gl. 2. q. 3. Si quem, & 2. 2. q. 4. Innocens.)  
& secundum quosdam, etiam augere, sed an-  
te latam sententiam: item ex magna causã  
facere contra legem Superioris; & omittere  
põnitionem si inde fiat peiora secutura.

\* Vide Syl. Iudex 1. nu. 16. Sot. l. 5. q. art. 4. Vide  
Fum. vers. Iudex, nu. 31. D. Th. 2. 2. q. 67. 4.

Princeps) Vide Salon 2. 2. q. 67. art. 4. contr. 1.  
si pars

DE IVDICE ET ARB. 348

si pars læsa punitionē postulet, ne supremus  
quidē Iudex potest pœnam remittere. *Ibid.*

9 Iudex si petente parte non condemnet  
reum, ad expensas tenetur illi, nisi reus iusta  
de causa litigasset.

10 Iudicem quidam aiūt peccare mortaliter,  
si non visitet carceres, & curet prouideri pau-  
peribus: quod mihi non improbat.

11 Iudex potest assumere assessorem expen-  
sis partium.

12 Potest, si est consuetudo, accipere aliquid  
pro salario, & esculenta munera spontè obla-  
ta, modo non sint grandia.

\*Esculenta ꝛc. *statutum. de rescrip. lib. 6. Azor.*

*l. 5. c. 28.*

13 Iudex quem scit innocentem, si non pos-  
sit eripere, vt clam aperiendo carcerem, aut  
aliter, potest & debet iudicare secundum alle-  
gata, & probata, nisi sit Princeps: hic enim  
potest & debet eripere. Ita multi Doctores.  
Ego verò non satis intelligo, quomodo pos-  
sit Iudex, nedum debeat condemnare quem  
scit innocentem.

\* De hac re *Salon q. 67. art. 2. Bannes: 161. Ca-*  
*in. 16. Sot. l. 5. q. 4. artic. 2. Couarr. l. 1. var. cap. 1.*  
*Val. ti. 3. d. 5. q. 11. p. 2. Tol. l. 5. c. 56. ex D. Th. & cō-*  
*meni. Azor. l. 2. c. 17. q. 8.*

Ego verò ꝛ *Lyra. in 23. Exod. Io. Arb. li. 9. c. 20.*  
*Theosoph. Pan. in c. Pastoralis, de off. delegat. Rosel.*  
*Iudex l. 1. q. 18. Ang. Iudicare, nume. 7. sententiam*

primæ

primæ contrariam tuentur. Vide *Azor. l. c.*

14 Iudex alibi notoriè excommunicatus, validè iudicat, vbi id sit occultum.

\* *Vide Fum. vers. Arbitr. num. 10.*

15 Iudex in lite difficili potest partes cogere ad compositionem.

16 Iudex non potest esse rei consanguineus, nec actori suspectus.

17 Clericus de consensu Episcopi potest litigare sub Iudice Ecclesiastico non suo, & sub sæculari in causa temporali.

18 Iudex non potest punire eum, à quo contra ordinem Iuris confessionem extorsit.

\* *Salon q. 69. art. 2. controu. 3. concl. 2. Sor. de ratione teg. m. p. 3. q. 1. concl. 3. vide Nau. cap. 18. nu. 59. P. N. l. 2. c. 3. nu. 242.*

19 Iudex Ecclesiasticus laicum à se condemnatum ad solutionem non potest cogere, vt soluat, nisi inuocato auxilio brachij sæcularis secundum Couar. ego putarim posse per Excommunicationem, aut aliud remedium Ecclesiasticum.

\* *Couar. pract. q. c. 10. nu. 1.*

20 Iudex torquens sine sufficientibus indicijs, tenetur de damno: nec ea rei confessio valet.

\* *Vide Nauar. in rubr. de Iud. nu. 53. Syl. Restit. 3. q. 6. Graff. lib. 2. c. 127. nu. 40. p. 11*

21 Non potest Iudex punire ob crimen extra suum territorium factum, nisi fortè suum subditum.

22 Arb-

22 Arb  
si læda  
ad arbi  
re sent  
tionis

\* *Vid*

23 Lai  
spiritua  
auctori  
Iuris; n

\* *Fun*

1 NO  
a

accusati  
dalum n  
alioqui  
vel alicu  
accusati  
dicia.

\* *Vide*

2. q. 67. an  
p. 3.

2 Cum p  
accusati  
cum aut  
vel suffe

\* *Cum*

non. 6. Syl

22 Arbitrarius etiam cum potestate plenissima, si laedat enormiter, potest petere reductionem ad arbitrium boni viri, etiam qui iuravit stare sententiae, & renunciauit petitioni reductionis.

\* Vide Fu. vers. Arbitrarius. nu. 8.

23 Laicus non potest esse arbitrator in re spirituali, arbitrarius autem non sine Episcopi auctoritate. Arbitrarius enim debet sequi formam iuris; non autem arbitrator.

\* Fum. l. c. num. 13.

De modo procedendi.

1 Non proceditur contra aliquem sine accusatore, vel infamia, quae est velut accusatio, nisi Princeps aliud iubeat, aut scandalum magnum, vel periculum postulet, & alioqui Reipublicae bonum, vel Communitatis, vel alicuius particularis: aequiualeat autem accusationi facti euidentia, & manifesta indicia.

\* Vide Sor. l. 5. q. 6. art. 2. D. Thom. & Caiet. 2. q. 67. artic. 3. cap. Nihil. 2. q. 3. Val. tit. 3. d. 5. q. 11. p. 3.

2 Cum proceditur contra aliquem per viam accusationis, requiritur semiplena probatio; cum autem per viam inquisitionis, infamia, vel sufficientia indicia, iudicis arbitrio.

\* Cum autem 3. Vide Salon q. 69. art. 2. canon. 6. Syl. Inquisitio. 1. nu. 10.

